

ПЕРЕКЛАДИ

Theophanes Prokopovicz **PHYSICAE SCIENTIAE** **(fragmenta)**

Теофан Прокопович¹ **НАУКИ ФІЗИКИ** **(фрагменти)**

¹ Ми пропонуємо читачам критичний текст і переклад українською мовою декількох розділів з невідомих досі книг «Фізики» Теофана Прокоповича, які увійшли до курсу лекцій Георгія Кониського й присвячені розгляду проблеми душі (Philosophia peripatetica iuxta numerum quatuor facultatum quadripartita, continens in se logicam, physicam, metaphysicam et ethicam tractata et tradita ad mentem principis philosophorum Aristotelis S[tagiritae] Kijoviae in alma ac orthodoxa Academia Mohylozaborowskiana annis 1747 et 1748 Professore Reverendissimo Patre Georgio Koniski Academiae Kijoviensis praefecto; РГБ, ф. 152, од. зб. 130, арк. 1-273 зв.). Розшифровка оригіналу, переклад з латини та коментарі Ярослави Стратій. Обґрунтування текстологічного рішення, згідно з яким текст, що міститься в рукописі курсу Кониського 1747/1748–1748/1749, є тотожним втраченому текстові курсу Прокоповича 1707–1709 рр. див. вище, сс. 20-21.

PHYSICAE SCIENTIAE

208

PARS 4-TA

De corpore animato ubi prius de anima in genere deinde de anima plantarum sive vegetativa eiusque facultatibus

LIBER 1-MUS

De anima in genere

Caput 1-mum

An sit et quid sit in communi anima

Esse animam a posteriori liquido constat. Videmus enim animata plures [exsequi]² operationes, quas emortua edere non possunt. Cum igitur corpus ipsum huius modi operationum causam esse nequit, necesse est //

208 v

aliquid corpori inesse, quod huius modi operationes efficiat. Et cum operatio omnis sit accidens, quoddam transiens, nec unquam in se ipso firme subsistens, oportet eam causam esse in corpore stabilem et constantem, qua praesente vita [actioque]³ omnis perficiatur quaque decedente simul vita pereat. Hanc autem operationum causam animam appellant.

Sed quid illa sit, varii antiquorum varie opinati sunt: Democritus cum Leucipo putabat animam esse atomos rotundas similes illis, quae volitant in radio solari. Caeteri ut pro principio rerum statuebant aut unum aliquid ex elementis aut plura simul. Ita etiam animam ex illis constare affirmabant, ut Heraclitus ex igne, Diogenes ex aere, Hipponus ex aqua, Pithagoricis quibusdam visum est animam esse harmonium plurium elementorum, Galeno temperamentum qualitatum, [Crytiae]⁴ sanguinem etc. Sed haec omnes opiniones facile congruunt ex eo, quod per illas non possint explicari tot et variae operationes vitales.

Anima ergo, ut cum Aristotele astruam, est actus primus corporis physici organici [potentiâ]⁵ vitam habentis. Anima enim neque accidens est, cum id nec substantiae compositae, quale corpus vivens est, altera pars esse, nec primum omnium [actionum]⁶ principium esse aut veram duarum substantiarum differentiam constituere possit; neque corpus: duo corpora enim simul esse non possunt, sed est actus seu forma substantialis, per quam corpus animatum revera est [tale]⁷, hoc est per quam habet insitam vim et facultatem omnes vitae [actiones]⁸ obeundi.

² exsequi] у рукописі exequi

³ actioque] у рукописі accioque

⁴ Crytiae] у рукописі нечітко написано: можливо також Chrysipo

⁵ potentiâ] у рукописі potencia

⁶ actionum] у рукописі accionum

⁷ tale] нечітко

⁸ actiones] у рукописі acciones

НАУКИ ФІЗИКИ

//208

ЧАСТИНА ЧЕТВЕРТА

Про одушевлене тіло, де [мова піде] спочатку про душу взагалі, далі про душу рослин або вегетативну та її здатності

КНИГА ПЕРША

Про душу взагалі

РОЗДІЛ ПЕРШИЙ

Чи душа існує і що таке душа взагалі?

Те, що душа існує, цілком зрозуміло з досвіду. Адже ми бачимо, що наділені душею істоти здійснюють багато дій, що їх не можуть виконувати померлі. Отже, позаяк саме по собі тіло не може бути причиною такого роду дій, необхідно, //

208 зв.

щоб у тілі містилося щось таке, що спричинювало б ці дії. А оскільки будь-яка дія є акцидентом, чимсь минулим, ніколи завдяки собі самому непорушно не існуючим, потрібно, щоб у тілі була така причина, стабільна й незмінна, за наявності якої відбувалося б життя й будь-яка дія, а разом з її відходом життя припинилося б. Цю ж таки причину дій називають душею.

Однак стосовно того, що таке душа, серед давніх [філософів] існували різні припущення. Демокрит, слідом за Левкіппом, уважав, що душа являє собою круглі атоми, подібні до тих, які літають у сонячному промені. Інші, оскільки за основу речей приймали або якийсь один з елементів, або сукупність їх багатьох, то, відповідно, і стверджували, що й душа з них складається, до прикладу, Геракліт [вважав, що вона складається] з вогню, Діоген – з повітря, Гіппон – з води. Деяким піфагорійцям здавалося, що душа є гармонією багатьох елементів, Галеніві – співвідношенням якостей, [Критію] – кров'ю тощо⁹. Проте цілковита спільність усіх цих думок полягає в тому, що з їх допомогою неможливо пояснити так багато різноманітних вітальних дій.

Отже душа, що я аргументовано доводжу слідом за Аристотелем, є першим актом фізичного органічного тіла, яке потенційно має життя. Безперечно, душа не є акцидентом, бо він не може бути однією з двох частин складеної субстанції, якою є живе тіло, як і першим принципом усіх дій, чи конституювати справжню видову відмінність двох субстанцій, не є вона й тілом, бо не можуть бути разом два тіла. Але вона є актом або формою субстанціальною, завдяки якій одушевлене тіло дійсно є таким, тобто завдяки якій воно володіє наданою йому силою і здатністю для здійснення всіх дій та виявів життя.

⁹ТутПрокопович, як і інші схоластичні автори, говорячи про погляди на проблему походження душі таких давніх філософів, якДемокрит, Левкіп, Геракліт, Діоген, Гіппон, спирається на трактат Аристотеля «Про душу» (див.: Keßler, E. (Hrsg.). (1995). *Aristoteles latine interpretibus variis*(S. 209-214). München: Fink; надалі це видання позначатиметься аббревіатурою AL). Що стосується філософа, який вважав душу кров'ю, то його прізвище у рукописі написано не чітко. У тексті Аристотеля мова йде про Критія (460–403 рр. до Р.Х.), учня Горгія і Сократа. Імовірно, у тексті Прокоповича йдеться або про Критія, або про стоїка Хрисіпа (281/278–208/205 до Р.Х.).

Plura de voce actus parte prima lib:2, cap:1, ubi de definitione motus. Dicitur autem actus primus, quia est principium et radix operationum, cum secundus actus sit ipsa operatio; item corporis physici organici potentiâ vitam habentis. Non enim anima cuiuslibet corporis forma et perfectio est, non artificialis, sed physici; neque etiam physici cuiusque, nam non omne corpus naturale animatum est, sed illud tantum, quod potentiâ vitam seu potestatem habet vitæ [actiones]¹⁰ exercendi, ut ita dispositum est, ut per illud tanquam per instrumenta propria anima suas [actiones]¹¹ exercere possit. Tenendum enim hic ex Aristotele est [actionem]¹² agentis non prodire a subiecto sine forma, neque a forma sine subiecto, ex quo sequitur [actionem]¹³ fieri a quodam composito ex materia, forma et instrumentis ita, ut totum compositum dicatur principium *ut quod*, cum sit illud, quod agit; forma vero principium *ut quo*, cum agat beneficio formæ; instrumenta denique *per quod*, cum per ipsa operetur.

Est deinde etiam alia animæ definitio apud Aristotelem lib: 2 de anima cap:2 textu 18 talis: ac est principium, quo vivimus, sentimus, movemur et intelligimus. Haec tamen debet intelligi in sensu accomodato, id est, si plantis tribuatur, est principium vegetandi; si animalibus quidem, sed non progressivis, qualia sunt zoophyta, latinis planta-animalia, est principium vegetandi et sentiendi; si vero progressivis, est etiam principium loco-movendi; si denique animæ rationali, est insuper etiam principium intelligendi. Sed ad [perfectiorem]¹⁴ intelligentiam definitionis utriusque sciendum est, in quo consistat ratio communis vitæ. Quod ut facilius decidatur, primo advertendum est vitam dupliciter sumi: substantialiter et accidentaliter seu pro vita in actu primo et vita in actu secundo. Vita in primo actu et substantialiter accepta est radix et principium omnium [potentiarum]¹⁵ et actuum vitalium, quo modo accipit Aristoteles lib:2. De anima, textu 37, dum dicit: vivere viventium est esse. Vita in secundo actu et accidentaliter sumpta sunt ipsae operationes vitales, a tali principio procedentes, ut in animali [nutritio]¹⁶, auctio, sensatio. Porro in afferendo conceptu viventis in communi multum multi desudaverunt et plerique in fausto exitu. Hinc Arriaga disputatione 1 de anima consideratis omnibus descriptionibus, quæ vulgo afferuntur, concludit nulla afferri posse, quæ omnibus viventibus conveniat. Nihilominus tamen nos vestigiis antiquorum insistentes concludimus rationem vitæ //

209

communis omnibus viventibus in hoc consistere, quod se moveant ab intrinseco. Proinde vivere nihil aliud est, quam ab intrinseco se movere et principium quidem intrinsecum, a quo fit motus viventis, est ipsa forma substantialis vitaliter operans, quæ secundum se potest dici vita in actu primo. Ipse vero motus est operatio, ab illa forma procedens, quæ vocari potest vita in actu secundo. Confirmatur hoc ex Aristotele, qui lib:8, cap:1 textu 29, ubi dicit gravia et levia a se ipsis moveri non posse; subiungit moveri a se vitale esse et animantium proprium. Item ex Platone in Phaedro, ubi dicit: id esse inanimantium, cui forinsecus est moveri; contra animantium esse, cui intrinsecus et ex se.

¹⁰actiones] у рукописі acciones

¹¹actiones] у рукописі acciones

¹²actionem] у рукописі accionem

¹³actionem] у рукописі accionem

¹⁴perfectiorem] у рукописі perfeccionem

¹⁵potentiarum] у рукописі potenciarum

¹⁶Nutritio] у рукописі nutritio

Більше про термін «акт» у частині 1-й «Фізики», кн. 2, розд. 1, де [мова йде] про визначення руху. Вона ж уважається першим актом, оскільки є началом і основою дій, тоді як другим актом є сама дія. Те ж саме [стосується й вислову] «тіла фізичного, органічного, яке потенційно має життя». Адже душа є формою і здійсненням не будь-якого, не витвореного мистецтвом, а фізичного тіла, та й знову ж таки не всякого фізичного тіла, бо ж не всяке природне тіло наділене душею, а лише такого тіла, яке потенційно має життя або можливість для виконання життєвих функцій, тіла, що є налаштованим таким чином, аби через нього, наче за допомоги притаманних їй інструментів, душа могла би здійснювати свої функції та дії. При цьому, спираючись на Аристотеля, слід наголосити на тому, що дія чинника не виходить від суб'єкта без форми, ані від форми без суб'єкта. З цього випливає, що дія здійснюється певним складеним з матерії, форми й інструментів так, що цілісний композитум вважається принципом «як щоб», оскільки є тим, щоб здійснює дію, а форма – принципом «як завдяки чому, як чим», позаяк він [композитум] функціонує з допомогою форми; і, нарешті, інструменти є принципом «через що», бо ж через них відбувається дія.

Далі в Аристотеля є ще таке інше визначення душі (кн. 2 «Про душу», розд. 2, по тексту 18): «а також [вона] є принципом, завдяки якому ми живемо, відчуваємо, рухаємося й мислимо»¹⁷. Це потрібно розуміти у відповідному значенні: якщо [визначення] стосується рослин, то душа є принципом живлення і зростання; якщо ж – живих істот, але таких, які не пересуваються в просторі, як от зоофіти (латинською мовою: рослино-тварини), вона є принципом живлення, зростання й відчуження; а якщо – живих істот, які пересуваються в просторі, вона є також принципом пересування в просторі. Якщо ж, нарешті, [у визначенні мова йде] про душу розумну, то вона, окрім того, є також принципом мислення. Проте для кращого розуміння обох визначень треба знати, у чому полягає загальна організація життя. А щоб це пояснити в більш дохідливий спосіб, слід звернути увагу на те, що життя розглядається у двох вимірах: субстанціальному й акцидентальному або як життя в першому акті й життя в другому акті. Життя в першому акті й узятє субстанціально є основою і принципом усіх здатностей і вітальних актів, як його розуміє Аристотель (кн. 2 «Про душу», текст 37), коли говорить, що жити для живих істот означає бути¹⁸. Життя в другому акті й узятє акцидентально є похідними від такого принципу самими вітальними функціями, як от живлення, зростання, відчуження. Далі, для уточнення поняття живої істоти взагалі багато хто докладав чимало зусиль і в більшості випадків з позитивним результатом. Тому Арріага, розглянувши в першій диспутації «Про душу» всі [її] описи, які зазвичай наводяться, доходить висновку, що неможливо навести жодного, який однозначно відповідав би всім живим істотам¹⁹. Ми ж тим не менше, наслідуючи давніх, доходимо висновку, що основа життя взагалі //

209

для всіх живих істот полягає в тому, що вони рухають себе, змінюють себе зсередини. Відповідно, жити означає ніщо інше, як розвиватися зсередини, і, до того ж, внутрішнім принципом, від якого походять рух і розвиток живої істоти, є сама субстанціальна форма, яка діє у вітальний спосіб і яка сама по собі може вважатися життям у першому акті. А сам рух є дією, похідною від цієї форми й такою, яку можна назвати життям у другому акті. Це підтверджується думкою Аристотеля, який у кн. 8, розд. 4, текст 29 каже: важке й легке самі по собі не можуть рухатися²⁰. І додає, що саморух є ознакою живою і властивістю наділених душею створінь. Те ж саме є і в Платона, у «Федрі», де він стверджує: неживим є те, якому притаманно здійснювати рух під впливом зовнішнього чинника. Навпаки, живим – те, якому відповідає внутрішній рух і саморозвиток.

¹⁷ «Anima autem id est, ut patet, quo vivimus et quo sentimus ac intelligimus» [див. AL: lib. II, c. 2; S. 215].

¹⁸ «Vivere viventium est esse» [див. AL: lib. II, c. 4; S. 216].

¹⁹ Див.: Arriaga, R. de. (1639). *Curus philosophicus* (p. 527). Parisii: Apud Iacobum Quesnel.

²⁰ *Physicae auscultationis lib.: VIII, c.4* [AL: S. 137].

Motus tamen hic sumi debet latissime, quatenus comprehendit omnem operationem vitalem immanentem: sive sit a materia dependens, ut [nutritio]²¹, visio, [auditio]²², sive non dependeat, ut intellectiones tam animae rationalis, quam angeli; item sive sit a proprio, a quo vitaliter procedit distincta, quales sunt operationes viventium creatorum, sive indistincta, ut sunt operationes divinae, quae sunt ipsa essentia divina. Hinc conclusio potest probari inductione per omnium viventium genera. Sic enim plantam vivere dicimus, quando in ea motu [nutritionis]²³ ab intrinseco principio vitaliter anima vegetativa procedere videmus. Et animal tam diu vivere iudicatur, quam diu praeter [nutritionem]²⁴ aucionem habet, motum respirationis, sensationis, qui sunt [actiones]²⁵ animae sentientis. In creaturis autem rationalibus longe adhuc praestantiori modo cernitur operatio vitae, quia [apprehendunt]²⁶ verum et falsum formaliter sub ratione veri et falsi nec non bonum et malum sub ratione boni et mali moventque se etiam ad finem prosequendum sub ratione finis formaliter, quapropter et liberum arbitrium et potestatem obtinuerunt movendi se intrinsece sponte propria ad utrumlibet. Unde Aristoteles lib:9 Ethicorum diserte loquitur vivere in hominibus est intelligere, sicut et in brutis sentire; imo et Scriptura passim vitae operationem in actu intelligendi consistere docet: Johannis 17 dicitur: haec est vita aeterna, ut cognoscat te.

Contrahant tamen cognitionem opponitur 1-mo: res inanimatae movent se ab intrinseco ad producendas suas proprietates, ut aqua calefacta ad reproducendum nativum suum frigus. Item gravia movent se ab intrinseco deorsum et levia sursum. Conceditur. 2-do: Deus est vivens perfectissimum et tamen motus non convenit Deo, cum sit mutatio. Deus autem omnis mutationis expers. Conceditur. Praeterea Deo nequit convenire vita in actu primo, quia vita in actu primo est potentia ad vitam in actu secundo, quails si esset in Deo, Deus aliquando posset dici absque omni cogitatione et [volitione]²⁷ esse, quod est impossibile. Quod-si vita in actu primo non conveniat Deo, etiam in actu secundo: nam cui est impossibilis potentia, etiam actus secundus, actuans talem potentiam. Ad haec tamen ita respondeo: Ad primum: res inanimatas, ut aquam, movere se ab intrinseco a forma, videlicet sua, ad reproducendum nativum frigus tanquam a principio minus praecipuo et instrumentali, non autem ut a principio principali. Principale enim principium est causa generans, quod ipsum de gravibus et levibus supra dictum. Nec necesse est iam actum agere. Praeterea aquam calefactam etiam a circumstante aere frige fieri non impossibile est, ut antea monitum. Ad secundum: Motus specificae sumptus, ut est actus entis creati imperfecti, quod scilicet mutationem includat, non competit Deo. At motus generice sumptus, qualis in conceptu vitae includitur, facta scilicet praecisione a motu entis creati imperfecti et a motu entis increati perfectissimi non potest non competere Deo. Alioqui si Deus omni careret motu, esset tanquam truncus iners²⁸ et immobilis. Movetur ergo Deus, sed motu sibi proprio citra ullam mutationem nostrumque motum dicitur in se eminenter continere. Ad confirmationem dicendum [est] //

²¹nutritio] у рукописі nutritio

²²auditio] у рукописі audicio

²³nutritionis] у рукописі nutricionis

²⁴nutritionem] у рукописі nutricionem

²⁵actiones] у рукописі acciones

²⁶apprehendunt] у рукописі aprehendunt

²⁷volitione] у рукописі volicione

²⁸iners] у рукописі inners

Однак цей рух має розглядатися якнайширше, оскільки він охоплює будь-яку іманентну вітальну дію: чи то залежну від матерії, як живлення, бачення, слухання, чи ту, яка [від неї] не залежить, як акти мислення розумної душі й ангела. Таким же чином він пов'язаний з окремим, особливим, в якому він у вітальний спосіб зароджується або [у вигляді] належним чином упорядкованих і розподілених дій, якими є дії створених живих істот, або [у вигляді] нерозривних, простих дій, якими є божественні дії і які є самою божественною сутністю. Звідси висновок можна довести шляхом виведення на основі [розгляду] родів усіх живих істот. Так, справді ми стверджуємо, що рослина живе, коли ми бачимо, що вегетативна душа діє у ній у вітальний спосіб через спричинений внутрішнім началом рух живлення. Також стверджується, що тварина живе так довго, як довго вона крім живлення і зростання здійснює рух дихання, відчуження, які є діями чутливої душі. А в розумних створіннях спостерігається життєва дія ще набагато вищого рівня, адже вони досягають істинне й хибне у формальний спосіб з огляду на істину й хибне уявлення, а також добре й зле з огляду на добро й зло; скеровують також себе до переслідування мети з огляду на мету у формальному сенсі. Ось тому вони володіють і свободою волі, і можливістю за власним вибором внутрішньо спонукати себе до того чи іншого. Звідси Аристотель у кн. 9 «Етики» розд. 9 каже чітко, що жити для людей означає мислити, як і для тварин – відчувати²⁹. Ба більше, і Св. Письмо в різних місцях пояснює, що життєва дія полягає в акті розуміння: у Євангелії від Йоана (17:3) говориться: «а вічне життя в тому, щоб вони спізнали тебе»³⁰.

Для скорочення розгляду протиставляється: по-перше, неодушевлені речі здійснюють рух зсередини для виявлення своїх властивостей, як от нагріта вода для відтворення свого природного холоду. Так само й важке зсередини тяжіє до руху, спрямованого донизу, а легке – догори. Погоджуюсь. По-друге, Бог є найдосконалішою живою істотою, а проте рух не властивий Богові, бо він означає зміну. Бог же непричетний до будь-якої зміни. Погоджуюсь. Крім того Богові не підходить життя в першому акті, оскільки життя в першому акті є потенцією до життя в другому акті, яке, якби було в Бога, то можна було би вважати, що Бог хоча б раз був позбавлений всякого мислення й воління, що є неможливим. Якщо ж Богові не випадає життя в першому акті, то в другому акті також: бо для того, для кого є неможливою потенція, неможливим є також і другий акт, що ту ж таки потенцію актуалізує. Зрештою на це я відповідаю так. На перше: речі не одушевлені, до прикладу вода, рухаються зсередини завдяки формі, вочевидь своїй формі, для відтворення природного холоду як принципом нижчого рівня і інструментальним, а не як принципом відпочатковим, бо відпочатковий принцип – це причина породжувальна, про що як раз і було вище сказано стосовно [речей] важких і легких. І немає потреби здійснювати ще й акт. Окрім того, не є неможливим, щоб нагріта вода охолоджувалася також і від довколишнього повітря, про що раніше згадувалося. На друге: Рух, узятий у видовому сенсі, що є актом створеного недосконалого суцього, бо вочевидь передбачає зміну, не відповідає Богові. А рух, узятий в сенсі родовому, який міститься в понятті життя, вочевидь за умови здійснення [операції] виокремлення стосовно руху створеного недосконалого суцього і стосовно руху нествореного найдосконалішого суцього, не може не відповідати Богові. Інакше, якби Бог був позбавлений всякого руху, він був би наче обрубок бездіяльним і нерухомим. Отже Бог рухається, але притаманним йому рухом без жодної зміни; вважається, що й наш рух він в особливий спосіб тримає в собі під контролем. Для підтвердження треба сказати, що //

²⁹ «Vivere autem in animantibus potestate sentiendi, in hominibus vi sentiendi aut intelligendi terminatur» (Ethicorum Nicomacheorum: lib:IX, 9; AL: S. 582).

³⁰ У тексті подається скорочено цитата з Євангелія від Йоана: «А життя вічне у тому, щоб вони спізнали тебе, єдиного, істинного Бога і тобою посланого – Ісуса Христа» (17: 3); «Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum et, quem misisti, Iesum Christum» (Evangelium secundum Ioannem: 17. 3).

209 v.

vitam in actu primo Deo competere. Deus enim ipsa vita est et fons omnis vitae ita tamen, ut in actu vita primo identificatam sibi habet vitam in actu secundo: videlicet nequit Deus unquam cessare ab operationibus³¹ suis vitalibus.

PARS 5-TA

De corpore animato, anima sensitiva, ubi de facultatibus animae sensitivae nec non differentiis brutorum

Liber 2-dus

De sensu in particulari //

227 v.

Caput 7-mum

De sensibus internis

Praeter externos sensus esse etiam internos multi experientiae probant. Videmus in brutis autem aliquas operationes cognoscitivas, quae ad nullum sensum externum possunt referri, cuius modi sunt absentium rerum et praeteritarum cognitiones. Sic inter dormiendum canes latrant, sic noscunt benefactores. Sic boves ad pascua et praesepia sine duce revertunt et sane deesse non debuit ea facultas, quae ad vitae conservationem tam necessaria est. His accedit, quod animalia quaedam sunt capacia, sunt disciplinae. Id autem sine dubio fieri non possit, si solos haberent sensus externos. Non [enim] apparet, quo modo id in sensus externos valet cudere. Describitur vero in communi sensus internus, quod sit facultas animae sensitivae, quae versatur circa obiecta tam absentia, quam praesentia sensuum externorum et eorum sensationes. Unde obiectum sensus interni complectitur sensibilia omnia externa cum sensationibus externis, praeterea multa talia, quae a nullo sensu externo percipi possunt. Patebit hoc ex inferius dicendis de interni sensus diversione.

Organum sensus huius Aristoteles de partibus animalium lib: 3 cap: 4 et alibi expressse docet cor esse. //

228

Verum nisi loquatur de principio originario quatenus scilicet vita et alia in corde initium sumunt, merito a medicis convincitur falsitatis. Cum constet omnium nervorum sensorium sedem esse in capite et laeso cerebro laedi fantasia, ad quam etiam sanandam cerebro applicatur remedia. Tunc in capite non corde sentitur defatigatio post longius studium vel meditationem. Materialibus autem annulosis probabile est sensum internum esse diffusum per totum corpus, quia dissecta pars, si laeditur, fugit, quae fuga oritur a sensu interno.

³¹operationibus] у рукописі operationibus

209 зв.

життя в першому акті відповідає Богові. Адже Бог є самим життям і джерелом усякого життя, однак у такий спосіб, що життя в акті першому містить тотожне собі життя в акті другому: вочевидь Бог ніколи не може відпочивати від своїх вітальних дій.

ЧАСТИНА П'ЯТА

**Про наділене душею тіло, де [мова йде] про здатності чуттєвої душі,
а також про відмінності між тваринами**

**КНИГА ДРУГА
Про чуття зокрема**

//227 v

**Розділ сьомий
Про внутрішні чуття**

Чимало [з людей] пересвідчуються на досвіді, що крім зовнішніх чуттів існують також і чуття внутрішні. Попри це ми й у тварин спостерігаємо наявність певних пізнавальних дій, які не можна віднести до жодного зовнішнього чуття, зокрема, знання про речі відсутні й про ті, що відбувалися в минулому. Собаки, приміром, під час сну гавкають, упізнають тих, хто добре до них ставиться. Так само корови йдуть на пасовища й повертаються до хліву без пастуха, і насправді не повинно бути так, щоби бракувало здатності, настільки необхідної для збереження життя. Це дає підставу припускати, що деякі тварини здатні сприймати, бути дисциплінованими. Водночас це, безперечно, не могло би статися, якби вони мали тільки зовнішні чуття. Бо ж важко собі уявити, в який спосіб це можна було б віднести до зовнішніх чуттів. Отже, подаємо в загальному виді характеристику внутрішнього чуття, бо воно є здатністю чуттєвої душі, до сфери дії якої відносяться як відсутні об'єкти, так і наявні об'єкти зовнішніх чуттів та їх відчуттів. Таким чином об'єкт внутрішнього чуття включає в себе все, зовнішньо чуттєво сприймане разом із відчуттями зовнішніх чуттів і, окрім того, багато такого, що не може бути сприйнятим жодним зовнішнім чуттям. Це буде показано на основі нижче сказаного про різні види внутрішнього чуття.

Аристотель у творі «Про види тварин» кн. 3, розд. 4 і в інших місцях чітко стверджує, що органом цього чуття є серце. //

228

Проте якщо мова не йде про первинне начало, оскільки те, що життя й інше бере початок у серці, лікарі обґрунтовано вважають хибним. Адже відомо, що центральний орган усіх нервів знаходиться в голові й при пошкодженні мозку ушкоджується фантазія, для лікування якої застосовуються ліки для мозку. Та й у голові, а не в серці, відчувається втома від тривалого навчання або роздумів і медитацій. Імовірно, що за допомоги матеріальних ланцюжків внутрішнє чуття поширене по всьому тілі, бо розсічена частина, коли пошкоджується, відсмикується, і цей рух відсмикування виникає завдяки внутрішньому чуттю.

Sensus internus a variis varie dividitur. Nos iuxta communiorem sententiam quod in quadripartitam eius retinemus divisionem, scilicet in sensum communem, phantasiam³², aestimativam et memoriam.

Sensus communis est sensus internus, qui sensationes sensuum externorum percipit et eorum discernit obiecta, dum actu percipiuntur. Huius sensus tria potissimum statuuntur officia. Primum: omnes sensuum externorum [actiones]³³ percipere, cum enim animalia sentire, videre, audire [se] percipiant. Haec autem cognitio non pertineat ad nullum ex 5-que sensibus externis, cum nulla potentia materialis possit supra suam ipsius actionem reflecti. Necesse est, ut pertineat ad aliam alteriorem communiorem vere potentiam, ad quam etiam ipsorum functionum imagines deferuntur; 2-dum officium diversorum sensuum obiecta discernere et diiudicare, quod nullus sensuum externorum praestare potest, cum unusquisque circa proprii duntaxat obiecti differentias occupetur, ut aspectus circa atrum et candelumque: Hinc sensum commune aiunt esse caeterorum velut arbitrum et iudicem. 3-tium impertiri sensibus externis vim ad functiones suas obeundas per communicationem spirituum animalium, quos a se veluti fonte effundit, unde cum obstruitur via illa cerebri, ubi residet vis ista sensus communis, per quam praedicti spiritus egrediuntur, ut in somno accidit necesse est feriari externos sensus.

[Phantasia]³⁴ seu imaginatio est sensus internus, quo sensibilia externa communi sensu ante percepta cognoscuntur: sive praesentia sint, sive absentia. Cuius officia sunt haec praecipue: primum species per sensum commune delatas aliquamdiu retinere; 2-dum per eius modi species, quae dicuntur phantasmata, res obiectas etiam absentes cognoscere; 3-tium species ad se delatas componere et dividere, ex qua multiplici fabrica specierum innumera et fingi possunt et concipi. Quo fit, ut qui phantasia pollent ingeniosi sint ac industrii et ad multa excogitanda prompti; 4-tum denique regere ipsum animal, ut enim homo ratione, sic bruta animantia imaginatione ducuntur.

Aestimativa est sensus internus occupatus circa rationes insensatas, id est sensibus externis [apperceptas]³⁵, ut cum agnus cognoscit inimicitiam lupi. Hic sensus vocatur instinctus animalis. Unde bruta duci instinctu, nihil aliud est, quam ea regi aestimativâ. Cuius munus triplex. Primum cognoscere per species non sensatas, quarum 5-que coniugationes enumerantur, nempe sub ratione utilis vel inutilis; noti vel ignoti; iucundi vel molesti; amici vel inimici; consanguinei vel alieni; Secundum coniungere species sensatas cum non sensatis; 3-tium de rebus sive per species sensatas sive non sensatas perceptis ferre iudicium et de iis etiam suo modo discurrere.

Memoria: alia est intellectualis, quae est potentia spiritualis. Conservat species intelligibiles, quaeque circa obiecta praeterita per reminiscentiam occupatur et haec pertinet ad animam rationalem ut rationalis est, item ad angelos. Alia sensitiva, de qua in praesenti agimus, et haec est sensus internus, per quem animal rerum prius sensatarum ut sic recordatur, in quo memoria differt a phantasia, quia phantasia apprehendit quasdam res olim sensatas, sed eas non ut sensatas sibi repraesentat. Memoria contra, //

³² phantasia] у рукописі fantasia

³³actiones] у рукописі acciones

³⁴phantasia] у рукописі fantasia

³⁵apperceptas] у рукописі aperceptas

По-різному поділяється внутрішнє чуття різними авторами. Ми ж, спираючись на більш поширену думку, дотримуємося його поділу на чотири частини, а саме: на загальне чуття, фантазію, оцінювальну здатність і пам'ять.

